

## ANNEXE 9

Apulée, *L'âne d'or* ou *Les Métamorphoses*, livre II, chap. 22.

<p>22. <i>Contra ego, Et quae, tu, inquam, dic sodes, custodela ista feralis ? Jam primum, respondit ille, perpetem noctem eximie vigilandum est, exsertis et inconnivis oculis semper in cadaver intentis ; nec acies usquam devertenda, immo ne obliquanda quidem. Quippe quum deterrimae <b><u>versipelles, in quodvis animal ore converso,</u></b> latenter arreptant ; ut ipsos etiam oculos Solis et Justitiae facile frustrentur. Nam et aves, et rursum canes et mures, immo vero etiam muscas induunt. Tunc diris cantaminibus somno custodes obruunt. Nec satis quisquam definire poterit, quantas latebras nequissimae mulieres pro libidine sua comminiscantur. Nec tamen hujus tam exitiabilis operae merces amplior, quam quaterni vel seni ferme offeruntur aurei. Ehem, et quod paene praeterieram, si qui non integrum corpus mane restituerit, quidquid inde decerptum deminutumque fuerit, id omne de facie sua desectum sarcire compellitur.</i></p>	<p>– Et dis-moi, qu'est-ce que c'est que cette garde de morts ? – Tout d'abord il faut veiller toute la nuit, les yeux bien ouverts et fixés au cadavre : ne pas tourner la tête, ne pas même regarder de côté. Car ces terribles sorcières <b><u>se changent en toutes sortes d'animaux</u></b>, se glissent partout invisibles et seraient bien capables de tromper avec aisance les yeux mêmes du Soleil et de la Justice. Elles se font oiseau, chien et rat, elles vont jusqu'à se faire mouche, et puis leurs charmes redoutables ensevelissent les gardiens dans le sommeil. Personne n'arriverait à faire le compte exact des ruses infinies et ténébreuses que ces sinistres femmes inventent pour satisfaire leur passion. Et cependant, pour cet office périlleux, le salaire n'est que quatre à six pièces d'or. Ah, j'oubliais ! Si le corps n'est pas rendu le matin en parfait état, tout ce qui lui manque, le gardien doit le remplacer par des morceaux de sa propre chair qu'on découpe sur son visage. »</p> <p>Traduction par Henri Clouard (Paris, Garnier, 1932).</p>
--	--